Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



et nomen virginis Maria Et ingressus
angelus ad eam dixit Ave gratia ple
na dominus tecum Benedicta tu in
mulieribus Que cum audisset turbata
e in sermone eius et cogitabat qualis
esset ista salutacio Et ait angelus
ei Ne timeas Maria inuenisti enim
gratiam apud deum Ecce concipies in utero
et paries filium et vocabis nomine eius Ihesum
hic erit magnus et filius altissimi
vocabitur Et dabit illi dns deus sedem
dauid patris eius et regnabit in domo
iacob in eternum et regni eius non erit
finis Dixit autem Maria ad angelum
Quomodo fiet istud quoniam virum non cog
nosco Et respondens angelus dixit
ei Spiritus sanctus superuenet in te et virtus
altissimi obumbrabit tibi Ideoque et
qd nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei
Et ecce elizabeth cognata tua et ipsa
concepit filium in senectute sua Et
hic mensis est sextus illi que vocat
sterilis quia non erit impossibile apud
deum omne verbum Dixit autem maria
Ecce ancilla dni fiat mihi secdm vbm tuum